

scdm illud. Capite nobis vulpes que demoliuntur vineas. In eternum. Idem dauid tu aut dne in eternu p. z alibi. tu aut lde ipse es zc. Perma nebis. Non est temporalis mansio nec localis. nec aliud qd ipse. sed ipa vna z indiuidua z pmanens essentia quasi quauis filius se ex inapuerit for. s. ac. manet tam in eternu.

Solum tuu. zc. Sedes tu a. d. i. f. f. z alibi. Regnu. t. reg. o. se. du so lium andis intellige iudicem: z tim e. quasi deū time. z mā data. e. o. z si secu dum hoīem iudicatur regnū tū eius est in eter num.

Quare imperpetuum. Post offi modas lamentationis species ad eum solū pces conuertit qui solus potest cōsolari.

Quare imppetuuz. Hoc nobis assidue ex orandum ne obliuiscatur nostri. ne derelinqtur nostri. ne conuertemur in noua dies nostros. Si mus ergo memores ei ne obliuiscatur nostri. qz non obliuiscatur. mise. reas. nisi nos obliuiscamur. z si obliuiscamur? ipse gřam inspirat. ob liuionem fugat. vñ re. m. misctur z puer. ad. v. vi. fi. terze.

Obliuisceris. Cui sim iste illud. vsquequo dne obli. m. i. f. non qz obliuiscat. m. d. sed cū differt auxiliari videt obliu. vt sic accēdat desiderium. z vultus sit sola cū. z ipse interim rideat de penis innocētū. Sicut si gulus vasa sua probat vt vasa in honore faciat qz vasa si. p. fomar

Conuerte. Conuertēdo. quia conuersio repationis iniciū est dicz. in. nonatio eternitatis pceptio.

Conuerte nos. d. Auerfiones nostrę multę sunt. vnde alibi. Conuer te nos d. n. conuerte p gratiā z cōuertemur quantū est in nobis arbitrio li bertatis. vñ gratia dei sum id. q. sum. z gratia. e. i. m. ua. n. f. Gratia enim vocatis precedit. z excitat libertatē voluntatis. Nostrū est qz decidim? dei qz relurgimus. Hoies enī caro sunt. spūs. va. z n. re. nō est enī volētis ne qz cur. sed miserētis dei. Potandū tñ qz gratia dei nō pūertimur: nisi z no stra voluntate puertam ur. est aut quoddā velamē nostrę infirmitatis sensu bus nostris obiectū. qd nisi illuminatione dei fuerit remotū. puerti nō vale mus. libertas erg o p gratiā reddit. Semp ergo nobis orandū est. conuer te nos domine.

In noua zc. Ad hoc principium reuocamur cū cōuertimur cū ad il lud puenerimus in noua bimur. Inueterati enim z corrupti sumus. z dies eternitatis pdidimus quos p cōuersionē recipimus. vnde alibi. conuerte me domine. z cōuertar ad te.

Gratus es zc. Prima repulsio est qua temptatori tradimur. Secū da cū tēptati succūbimus ad tēptandū sine ira dei repellimur: de qua dici tur. nō repulit deus plebē suam quam pscidit. qñ aut vincimur et postea nō penitemus irascitur deus vebemēter. vñ quis. nouit potestātē ire. t. zc. Aliqn enī irascit vt pater qñ verbis increpat delinquētē z facit peniten tem. Irascitur aut vt dñs qñ corripit vt durus. z statim vlciscitur. vñ mo yses. De irascatur furor tuus cōtra pplm tuū. Ut iudex irascetur cū dicet. Ite male. zc. cum iam nec penitētie nec venie locus erit.

Gilibertus. Sufficiant hęc ad expositionē lamētationuz hieremi e que de patrū fontibz hauri ego gilibertus antilio dorēlis ecclę dyachon?

Incipit p̄fatio in libz Baruch prophete.

Iste iste qui baruc noie p̄notatur in hebzgo canone non habet. sed tm̄ in vulgata editione: similie z epla hi remie. Propter noticiā aut legentiū hic sc̄pta sunt: qz multa de christo nouissimisqz tem poribus indicāt.

Incipit Baruch propheta.

Incipit Baruch propheta. Hęc uerba libri que scripsit baruch filius nerie filij maasie filij sedechie filij se dei filij helchie. i. babylonia in anno quinto z in septia die men sis: in tempe quo ceperūt chaldei hierusalē. z succenderūt eam igni. Et legit baruch verba libri huius ad aures iechonie filij ioachi regis iuda. z ad aures vniuersi populi venientis ad libzū. z ad aures potentium filiozū regū z ad aures p̄sbiterozū z ad aures populi a mimo vsqz ad maximū eozū: oim habi tantū in babylonia ad flumen sodi. Qui au diētes plozabāt z ieiunabāt et ozabāt in conspectu dñi. Et collegerūt pecuniā scdm qz po tuit vniū cuiusqz manus. Et miserūt in hierusalē ad ioachim filium helchie filij salon sa cerdotem: z ad reliquos sacerdotes z ad om nē populū qui inuēti sunt cū eo in hierusalē cū acciperēt vasa templi dñi q̄ ablata fuerāt de templo reuocare in terzā iuda. decima die mēsis siban. vasa argētea q̄ fecit sedechias fi us iosie rex iuda postea qz cepisset nabucho donosoz rex babylonis iechoniā et p̄cipēs z cūctos potētes z populuz terrę ad hierusa lem z duxit eos vinctos in babylonē. Et dix erūt. Ecce misimus ad vos pecunias de qui b? emite holocaustomata z thus et facite mā na. z offerite pro peccato ad aram dñi dei no stri. Et ozate pro vita nabuchodonosoz regis babylonis. z pro vita balthasar filij eius vt sint dies eozū sicut dies celi super terzā. z vt det dñs virtutē nobis. z illuminet oculos no stros: vt viuamus sub vmbza nabuchodo nosoz regis babylonis z sub vmbza baltha sar filij eius. z seruiamus eis multis diebus z inueniamus gratiā in conspectu eozū. Et p nobis ipsis ozate ad dominū deū nostrū: qz peccauimus domio deo nostro. z nō ē auer lus furor eius a nobis vsqz in hūc diem. Et legite librum istū quem misimus ad vos reci tari. in templo domini in die sollēni. et in die opportuno. Et dicitis: Domino deo nostro iusticia: nobis autez confusio faciei nostrę si cut est dies hęc omni iuda et habitātibus in hierusalē regibus nostris z principibus no stris z sacerdotibus nostris z prophetis no stris z patribus. Peccauimus an̄ dominuz deum nostrū. z nō credidimus diffidentes i eum. z non fuimus subiectibiles illi: z nō au diuimus vocem domini dei nostri vtambu laremus in mandatis eius que dedit nobis. Ad die qua eduxit p̄res nostros d̄ terzā egipti

vsq; ad diem hanc eramus incredibiles ad dominum deum nostrum. et dissipati recessimus ne audiremus vocem ipsius. Et adhaeruit nobis multa mala et maledictiones que constituit dominus moysi seruo suo: qui eduxit patres nostros de terra egypti dare nobis terram fluentem lac et melle: sicut hodierna die. Et non audiuius vocem domini dei nostri secundum omnia verba prophetarum quos misit ad nos et ad iudices nostros. et abiimus vnusquisque in sensum cordis nostri maligni operum diuini alienis: facientes mala ante oculos domini dei nostri.

C. .II.

Propter quod statu

Dicit dominus deus noster verbum suum quod locutus est ad nos et ad iudices nostros qui iudicauerunt in hierusalem. et ad reges nostros et ad principes nostros et ad omnem israel et iuda: vt adduceret dominus super nos mala magna que non sunt facta sub celo quemadmodum facta sunt in hierusalem secundum que scripta sunt in lege moysi vt manducaret homo carnes filii sui et carnes filii sue. Et dedit eos sub manu regum omnium qui sunt in circuitu nostro in improperium et in desolationem. et in omnibus populis in quibus nos dispersit dominus. Et facti sumus subitus et non supra. quia peccauimus domino deo nostro. non obaudiendo voci ipsius. Domine deo nostro iusticia: nobis autem et patribus nostris confusio faciei. sicut est dies hec. Quia locutus est dominus super nos omnia mala hec que venerunt super nos et non sumus deprecati faciem domini dei nostri: vt reuerteremur vnusquisque nostrum a viis nostris pessimis. Et vigilauit dominus in malum et adduxit ea super nos: quia iustus est dominus in omnibus operibus suis que mandauit nobis. et non audiuius voces ipsius vt iremus in preceptis domini que dedit ante faciem nostram. Et nunc domine deus israel qui eduxisti populum tuum de terra egypti in manu ualida et in signis et in prodigijs et in virtute tua magna et in brachio excelso et fecisti tibi nomen sicut est dies iste: peccauimus. impiegressimus iniqui egimus domine deus noster in omnibus iusticijs tuis. Auertatur ira tua a nobis: quia derelicti sumus pauci in gentes vbi dispersisti nos. Exaudi domine preces nostras et orationes nostras. et educ nos propter te. et da nobis inuenire gratias ante faciem eorum qui nos abduxerunt: vt sciat omnis terra quia tu es dominus deus noster: et quia nomen tuum inuocatum est super israel et super genus ipsius. Respice domine de domo sancta tua in nos et inclina aurem tuam et exaudi nos. Aperi oculos tuos et vide: quia non mortui qui sunt in inferno quorum spiritus acceptus est a visceribus suis. dabunt honorem et iustificationem domino. sed anima que tristis est super magnitudinem mali. et incedit curua et infirmis. et oculi deficientes. et anima esuriens dat tibi gloriam et iusticiam domino: quia non secundum iusticias

patrum nostrorum nos fundimus preces et petimus misericordiam ante conspectum tuum domine deus noster: sed quia misisti iram tuam et furorem tuum super nos: sicut locutus es in manu puerorum tuorum prophetarum dicens. Sic dicit dominus: Inclinate humerum vestrum et ceruicem vestram. et operamini regi babilonis. et sedebitis in terra quam dedi patribus vestris. Quia si non feceritis nec audieritis vocem domini dei vestri operamini regi babilonis. defectionem vestram faciam de ciuitatibus iuda et a foris hierusalem et auferam a vobis vocem iocunditatis et voces gaudij et vocem sponsi et vocem sponsae. et erit omnis terra sine vestigio ab inhabitantibus eam. Et non audierunt vocem tuam vt operarentur regi babilonis: et statuisti verba tua que locutus es in manibus puerorum tuorum prophetarum vt transferent ossa regum nostrorum et ossa patrum nostrorum de loco suo. Et ecce sunt proiecta in calore solis et in gelu noctis et mortui sunt in doloribus pessimis. in fame et in gladio et emissionem. Et posuisti templum in quo inuocatus est nomen tuum in ipso sicut hec dies propter iniquitatem domus israel et domus iuda. Et fecisti nobis domine deus noster secundum omnem bonitatem tuam et secundum omnem misericordiam tuam illam magnam sicut locutus es in manu pueri tui moysi. in die qua precepisti ei scribere legem tuam coram filiis israel dicens: Si non audieritis voces meam: multitudo hec magna conuertetur in minimam gentem. quoniam eos dispergam: quia scio quod me non audiet populus. Populus est enim dura ceruice. Et conuertetur ad cor suum in terra captiuitatis sue. et scient quia ego sum dominus deus eorum. Et dabo eis cor et intelliget et auertent et audient. Et laudabunt me in terra captiuitatis sue et memores erunt nominis mei. Et auertent se a dorso suo duro. et a malis lignitatibus suis: quia reminiscetur vias patrum suorum qui peccauerunt in me. Et reuocabo illos in terram quam iuravi patribus eorum abraham ysaac et iacob. et dixerunt ei. Et multiplicabo eos. et non minorabuntur. Et statuiam illis testamentum alterum sempiternum ut sim illis in deum. et ipsi erunt mihi in populum. Et non mouebo amplius populum meum filios israel a terra quam dedi eis.

C. .III.

Et nunc domine omnipotens deus israel: anima in angustijs et spiritus anxius clamat ad te. Audi domine et miserere quia deus es misericors. et miserere nostri quia peccauimus ante te. Quia tu sedes in sempiternum. et nos peribimus in eum. Domine omnipotens deus israel audi nunc orationem mortuorum israel et filiorum ipsorum qui peccauerunt ante te et non audierunt vocem domini dei sui. et agglutinata sunt nobis mala. Noli meminisse iniquitatis patrum nostrorum: sed memento manus tue et nominis tui in tempore isto: quia tu es dominus deus noster. et laudabimus te domine

quia propter hoc dedisti timorē tuum in cor-
dibus nostris. et vt inuocemus nomē tuum
et laudemus te in captiuitate nostra: quia cō-
uertimur ab iniquitate patrū nostrorū q̄ pec-
cauerūt ante te. Et ecce nos in captiuitate no-
stra sumus: hodie quo nos dispisti in impro-
perium et in maledictum et in peccatum scdm
omnes iniquitates patrū nostrorum qui dis-
cesserunt a te domine deus noster. Audi is-
rael mandata vitę: aurius percipe vt scias
prudentiam. Quid est israel q̄ in terra inimi-
corū es? Inueterasti in terra aliena: coinqui-
natus es cū mortuis. Deputatus es cū des-
cendentibus in infernū. dereliquisti fontem
sapientię. Nam si in via dei ambulasses: ha-
bitasses vtq; in pace super terras. Disce vbi
sit prudentia. vbi sit virtus vbi sit intellectus
vt scias simul vbi sit longiturnitas vitę et vi-
cus. vbi sit lumen oculorū et par. Quis in-
uenit locum eius? Et quis intrauit in thesau-
ros eius? Ubi sunt principes gentiū. et qui
dominantur super bestias que sunt super ter-
ram? Qui in auius celi ludunt: qui argētū
thesaurizant et aurū in quo confidunt homi-
nes. et non est finis acquisitionis eorū. Qui
argentum fabricant et solliciti sunt: nec est in-
uentio operū illorū. Extermiati sunt et ad in-
feros descenderūt. et alij loco eorum exurrer-
erunt. Iuuenes viderunt lumen et habitau-
erunt super terram. Uiam autē discipline ig-
norauerunt: neq; intellexerunt semitas eius
neq; filij eorū susceperūt eam. A facie ipso-
rum longe facta est. Non est audita in terra cha-
naan neq; uisa est in theman. filij quoq; agar
qui exquisierunt prudentiam que de terra ē
negociatores terre et theman. et fabricatores
et exquirentes prudentię et intelligentię: viā
autem sapientię nescierunt neq; commemo-
rati sunt semitas eius. **D** israel q̄ magna est
domus dei. et ingens locus possessionis ei⁹
Magnus et non habens finem: excelsus et
immensus. Ibi fuerunt gigantes nominati
illi qui ab initio fuerunt statura magna sciē-
tes bellum. Non hos elegit dominus: neq;
viam discipline inuenerunt. propterea perie-
rūt. Et quoniam nō habuerunt sapiētiā in-
tererunt propter suam insipientiam. Quis as-
cendit in celum et accepit eam. et eduxit eā de
nubibus? Quis transfretauit mare et inueit
illam. et attulit illam super aurum electum?
Non est qui possit scire vias eius: neq; qui
exquirat semitas eius. Sed qui scit vniuer-
sa nouit eam. et inuenit eam prudentia sua.
Qui preparauit terram in eterno tempore. et
repleuit eam bipedibus et quadrupedibus.
Qui emittit lumē et vadit. et uocauit illū. et ob-
edit illi in tremore. Stelle autē dederūt lumē
in custodijs suis. et letatę sunt. Uocate sunt.
et dixerunt. Adsumas. Et luxerunt ei cum io-
cunditate: qui fecit illas. **D**ic est de⁹ noster
et nō estimabitur alius aduersus eum. **D**ic
aduenit omnem viā discipline. et tradidit
illam iacob puero suo. et israel dilecto suo.

Post hec in terzis visus est. et cū hominibus
conuersatus est.

Ca. .III.

Hec liber mandatorū
dei. et lex que est in eternis. Omnes
qui tenent eam. perueniēt ad vitam
qui autē dereliquerūt eam. in mortem. **C**on-
uertere iacob et apprehende eā. ambula per
viam ad splendorē eius contra lumen ei⁹
Ne tradas alteri gloriā tuā et dignitatē tu-
am genti alienę. **B**eati sumus israel: quia q̄
deo placent. manifesta sunt nobis. **A**nimeq;
oro esto populus dei memorabilis israel. **C**e-
nundati estis gentibus nō in perditione. s; **s**-
propter quod in ira dei ad iracūdiā prouo-
catis dominū. traditiq; estis aduersarijs.
Exacerbastis enim eū qui fecit vos deū eter-
num: immolātes demonijs et nō deo. **O**bliti
enim estis eum qui nutriuit vos. et contrista-
stis nutricem vestrā hierusalem. **V**idit enim
iracūdiā a deo venientem vobis et dixit:
Audite confines syon. **A**dduxit enī mibi de-
us luctum magnum. **V**idi enī captiuitatem
populi mei filiorū meorum et filiarū: quā su-
perduxit illis eternus. **N**utriui enī illos cū
iocūditate. dimisi autem illos cum fletu et lu-
ctu. **N**emo gaudeat super me viduā et deso-
laram: a multis derelicta sum propter pecca-
ta filiorū meorum quia declinauerunt a lege
dei. **I**usticias autē ipsius nescierūt. nec am-
bulauerūt per vias mandatorū dei. neq; per
semitas veritatis eius cum iusticia ingressi
sunt. **C**onueniant confines syon. et memorētur
captiuitatem filiorū et filiarū mearū: quā su-
perduxit illis eternus. **A**dduxit enim super illos
gentem de longinquo gentem improbā et al-
terius lingue. qui nō sunt reueriti senem. ne-
q; puerorū miseri sunt. **E**t abduxerunt dile-
ctos viduę. et a filijs vnicā desolauerūt. **E**go
autem quid possum adiuuare vos? **Q**ui enī
adduxit super vos mala: ipse vos eripiet de
manibus inimicorū uestrorū. **A**mbulate filij
ambulate: ego enī derelicta sum sola. **E**ru-
i me stola pacis: indui autē me sacco obsecra-
tionis. et clamabo ad altissimum in dieb⁹ me-
is. **A**nimequiores estote filij. clamate ad do-
minū et eripiet vos de manu principum ini-
micorū. **E**go enim speraui in eternū salutem
viam. et veit mibi gaudiū a sancto sup mise-
ricordia: que veniet vobis ab eterno saluta-
ri nostro. **A**missi enim vos cū luctu et ploratu
reducat autem vos mibi dominus cum gau-
dio et iocūditate in sempiternū. **S**icut enī vi-
derunt vicine syon captiuitatem vestrā a do-
no sic videbūt et in celeritate salutem vestrā in
de. q̄ supueniet vobis cū honore magno et
splendore eterno. **F**ilij patietē sustinete irā
q̄ supueit vobis. **P**ersecutus ē enī te inimi-
cus tuus: sed cito videbis pditionem ipsius
et super ceruices ipsius ascendes. **D**elicati
mei ambulauerunt vias asperas: ducti sunt
enī vt grex direptus ab inimicis. **A**ie q̄ores

estote filij: et proclamate ad dominum. Erit enim memoria vestra ab eo qui dixit vos. Sicut enim fuit sensus vester ut erraretis a deo: de cetero tantum iterum revertentes requiretis eum. Qui enim induxit vobis mala: ipse rursus adducet vobis sempiternam iocunditatem cum salute vestra. Animum quidem esto hierusalem. Exhortatur enim te qui te noiauit. Nocentes peribunt qui te verauerunt: et qui gratulati sunt in tua ruina punientur. Civitates quibus servierunt filij tui: punientur: et qui accipit filios tuos. Sicut enim gaudia sunt in tua ruina et letitia est in casu tuo: sic confundetur in sua desolatione. Et amputabitur exultatio multitudinis eius et gaudium eius erit in luctum. Ignis enim superveniet ei ab eterno in longitudo diebus: et habitabitur a demonibus in multitudine temporis. Circumspice hierusalem ad orientem: et vide iocunditatem a deo tibi venturam. Ecce enim veniunt filij tui: quos dimisti dispersos: veniunt collecti ab oriente usque ad occidentem: in verbo sancti gaudentes in honorem dei.

Hue te hierusalem
 scola luctus et vexationis tue: et i due te decore et honore qui a deo tibi est sempiterna gloria. Circumdabit te deus diploide iusticie: et imponet mitram capiti tuo honoris eterni. Deus enim ostendet splendorem suum in te omni qui sub celo est. Nominabitur enim tibi nomen tuum a deo in sempiternum: pro iusticie et honor pietatis. Exurge hierusalem et sta in excelso: et circumspice ad orientem: et vide collectos filios tuos ab oriente sole usque ad occidentem: in verbo sancti gaudentes dei memoria. Exierunt enim abs te pedibus ducti ab inimicis: adducet autem illos dominus ad te portatos in honore: sicut filios regni. Constituit enim deus humiliare omnem montem excelsum et rupes perbenes: et conualles replere in equalitate terre: ut ambulet israel diligenter in honore dei. Obumbraverunt autem silve: et omne lignum suavitatis israel mandato dei. Adducet enim deus israel cum iocunditate in lumine maiestatis sue cum misericordia et iusticia que est ex ipso. Incipit exemplum epistole eiusdem quam misit hieremias ad abductos captivos in babiloniam a rege babiloniorum: ut annuntiaret illis secundum quod preceptum est illi a deo.

Propter peccata que peccastis ante deum: abducemini in babiloniam captivi a nabuchodonosor rege babiloniorum. Ingressi itaque in babiloniam eritis ibi annis plurimis et temporibus longis usque ad generationes septem: post hoc autem educam vos inde cum pace. Nunc autem videbitis in babilonia deos aureos et argenteos et lapideos et ligneos in humeris portari ostentantes metum gentibus. Videte ergo ne et vos similes efficiamini factis aliis

et metuat. et metus vos capiat in ipsis. Vasa itaque turba de retro et ab ante adorantes: dicite in cordibus vestris. Ne oportet adorari deum. Angelus autem meus vobiscum est. Ipse autem exquirat animas vestras. Nam ligna ipsorum posita a fabro: ipsa enim inaurata et inargata falsa sunt: et non possunt loqui. Et sicut virgini amanti ornamenta: ita accepto auro fabri cata sunt. Coronas certe aureas habent super capita sua deum illos: unde subtrahunt sacerdotes ab eis aurum et argentum: et erogant illud in semetipsis. Dant autem et ex ipso prostituta et meretricibus ornant: et iteque cum receperit illud a meretricibus ornant deos suos. Qui autem non liberantur ab erugine et tinea. Operis autem illius veste purpurea extergent faciem ipsorum propter pulverem domus qui est plurimus inter eos. Sceptum autem habet ut homo sicut iudex regionis: qui in se peccantem non interficit. Dabit etiam in manu gladium et securim: se autem de bello et a latronibus non liberat. Tamen vobis notum sit: quia non sunt deum. Non ergo reuerimini eos. Sicut enim vas hominis confectum inutile efficitur: tales sunt et deum illorum. Constitutus illis in domo: oculi eorum pleni sunt pulvere a pedibus introeuntium. Et sicut alicui qui regem offendit circumseptus sunt ianue aut sicut ad sepulcrum adductum mortuum: ita tunc sacerdotes ostia clausuris et seris ne a latronibus expoliantur. Lucernas accendunt illis: et quidem multas: ex quibus nullam videre possunt. Sunt autem sicut trabes in domo. Corda vero eorum dicunt elingere serpentes qui de terra sunt: dum comedunt eos et vestimentum ipsorum: et non sentiunt. Nigre sunt facies eorum a fumo: qui in domo sit. Supra corpus eorum et supra caput eorum volant noctue et hirundines et aves eam similiter et cetera. Unde sciatis quod non sunt deum. Ne ergo timueritis eos. Auz eam quod habet ad speciem: nisi aliquid extersent eruginem: non fulgebunt. Neque enim deus constarent sentiebant. Ex omni pretio empti sunt: in quibus spiritus non est in ipsis. Sine pedibus in humeris portantur: ostentantes in nobilitatem suam hominibus. Confundatur etiam qui colunt ea. Propterea si ceciderit in terram: a semetipsis non consurgunt: neque si quis eum statuerit: iterum semetipsus stabit: sicut mortuis humeri illis apponitur. Vestias illorum vendunt sacerdotes ipsorum et abutuntur similiter et mulieres eorum decerpentes neque in firmo neque mendicant aliquid inptiunt: sed sacrificijs enim fete et menstruate continentur. Sciens itaque ex his quia non sunt deum: ne timeatis eos. Unde enim vocatur deum: quod mulieres apponunt dijs argenteis et aureis et ligneis: et in domibus eorum sacerdotes sedent habentes tunicas scissas et capita et barbaram rasam: quorum capita nuda sunt. Rugiunt autem clamantes contra deos suos sicut in cena mortui. Vestimenta eorum auferunt sacerdotes: et vestunt uxores suas et filios suos. Neque si quid mali patiuntur ab aliquo neque si quid boni poterunt retribuere: neque regem constituere possunt

neq; auferre. Similiter neq; dare diuitias
 possunt neq; malum retribuere. Si quis il-
 lis votum vouerit et nō reddiderit neq; hoc
 requirunt. Dominem a morte non liberant
 neq; infirmū a potentioze eripiūt. Dominē
 cecum ad visum nō restitunt: de necessitate
 hominē nō liberabūt. Vidue non miserebū-
 tur. neq; orphanis bene facient. Lapidibus
 de mōte similes sunt dī illozū lignei et lapi-
 dei et aurei et argentei. Qui autē colunt ea cō-
 fundent. Quomō ergo estimādum est aut di-
 cendū illos esse deos? Adhuc enī ipsis chal-
 deis nō honorātibz ea: qui cum audierint
 murum nō posse loqui: offerūt illud ad bel-
 postulātes ab eo loqui: quasi possint sentire
 qui nō habent motum. Et ipsi cum intellere-
 rint: relinquēt ea. Sensus enī nō habent ipi
 dī illozū. Mulieres autē circūdate funibus
 in vijs sedent: succēdentes ossa oliuarū. Lū-
 autē aliqua ex ipsis abstracta ab aliquo trāse-
 unte dormierit cuz eo. proxie sue exprobat
 q; ea nō sit digna habita sicut ipsa neq; funis
 eius disruptus sit. Omnia autē q; illis fiūt fal-
 sa sunt. Quomō estimādum est aut dicendū
 est illos esse deos? A fabris autē et ab aurifici-
 bus facta sunt. Nihil aliud erūt nisi id quod
 volunt esse sacerdotes. Purifices etiaz ipsi q;
 ea faciūt non sunt multi temporis. Nūquā
 ergo possunt ea q; fabricata sunt ab ipsis esse
 dī: Reliqrunt aut falsa et opprobriuz postea
 futuris. Nam cū superuenerit illis pzelium
 et mala: cogitāt sacerdotes vbi se abscondāt
 cū illis. Quomō ergo sentiri debeant qm dī
 sunt q; nec de bello se liberant. neq; de malis
 se eripiūt. Nam cum sint lignea et inaurata et
 inargentata scū ē postea q; falsa sunt ab vni-
 uersis gentibus et regibus q; manifesta sunt:
 q; nō sunt dī sed opera manuz hoim et nul-
 lum opus dei cū illis. Unde ergo notum est
 q; non sunt dī: sed opera manuum hoim: et
 nulluz dei opus in ipsis est. Regem regioni
 nō sulcitāt: neq; pluuia hoibus dabunt. Ju-
 diciū quoq; non discernēt. neq; regiones li-
 berabunt ab iniuria. q; nichil possunt sicut
 cornicule inter medium celi et terre. Etenī cū
 inciderit ignis in domum deozū ligneozum
 et argenteozum et aureozū: sacerdotes q; dez
 ipsozū fugient et liberabūtur: ipsi vero sicut
 trabes in medio comburētur. Regi autē et bel-
 lo non resistent. Quomō ergo estimādū est
 aut recipiendū q; dī sunt? Non a furibus
 neq; a latronibus se liberabunt dī lignei et
 lapidei et inaurati et inargentati: quibus ini-
 qui fortiores sunt. Aurū et argentiū et vestimē-
 tum quo operi sunt aut erunt illis et abibunt
 nec sibi auxilium ferent. Itaq; melius est es-
 se regē ostentantem virtutē suam. aut vas in
 domo vtile in quo gloriatur q; possidet illud
 vel ostium in domo q; custodit q; in pace sūt
 q; falsi dī. Sol quidez et luna ac sidera cum
 sunt splendida et emissa ad utilitates obaudi-
 unt: similē et fulgur cū apparuerit perspicu-
 um est. Idipsum aut et spūs in omni regione
 spirat. et nubes quibus cū imperatū fuerit a

deo perambulare in vniuersum orbem: per-
 ficiunt qd impatum ē eis. Ignis etiā missus
 desup vt psumat mōtes et siluas facit qd p-
 ceptum ē ei. Nec autē neq; spēbus neq; vir-
 tutibus vni eozū similia sunt. Vnī neq; esti-
 mandū ē neq; dicendū illos esse deos: quan-
 do non possunt neq; iudiciuz iudicare neq;
 facere hoibus. Sciētes itaq; q; nō sunt dī
 ne ergo timueritis eos. Neq; enim regibus
 maledicēt neq; benedicēt. Signa enī in celo
 gentibus nō ostēdunt: neq; vt sol lucebunt.
 neq; illuminabunt vt luna. Bestie meliores
 sunt illis: q; possunt fugere sub tectū. ac pdes-
 se sibi. Nullo itaq; modo nobis ē manifestū
 q; sunt dī propter qd ne timeatis eos. Nam
 sicut in cucumerario. formido nihil custodit
 ita sunt dī illozū lignei et argētei et inaurati
 Eodem mō et in hortu spina alba. supra quā
 omnis auis sedet. Similiter et mortuo pro-
 lecto in tenebris: similes sūt dī illozū lignei
 et inaurati et in argētati. A purpura quoq;
 et murice que supra illos teneāt: sciētis itaq;
 q; non sunt dī. Ipi etiā postremo comedūt
 et erit opprobrium in regione. Melior ē: d;
 iustus qui non habet simulacra: nam erit lō-
 ge ab opprobrijs.

Explicit liber Baruch.

Faint, illegible text in the left column of the page.

Faint, illegible text in the right column of the page.

Incipit plogus in
Zec
ta cu ioa
uns du
ibiq bu
rante p
ad bierem vanc
ne tradidissent. e vic
solvma stare qua ill
ta. Tricelimo ante et
tante dnto-crosus
et eode te pore lic
bieremas in ind
ermo eius nec sati
nam rathias e sed ex
Sacredos et ip
pncipia volaminis
dona obsecrantib? i
eius edino no multu
Cale fatis miroz qu
eodem in vniuersis l
re in alijs eade in al
no. Legite igit et hu
tam. qm p cola scrip
fobosm legentibus ser
ma mei. et hunc su
ne q nemo eos comp
vocat ne illud eis cu
cannas dicit vt vocer
ad manducantes sena

Diogen
Non omnis capium
Populus p peccat
lorem dicit et pph
es capm solatdem et am
no p atru redirent aliter en
nos vocantes s vt pater tom
pncipis quoq hoc attend
vbi tempant. Unde iosep
colomnis vidit et multa b
fil. Anit nos deus etiã irat
omnium scire q ament a
budo s d d q a d nã am
pncipitate: crede quide
hancore rei alter? pcessisse. T
qui liberalis comoraris si p
bulo tradit in babulone. i in
manu regis mittere nbi editas
que reducat 7 bierufale edifi
omnes mouunt et i chvito oco
vbi in padiso s serpes captiu
et e venit in locu lacimarũ.
vntatã nã a principio neq
vntã sã ambulavit. Sicut ad
vntã ita et serpes aliqñ nã s
vntã moraret. Deus quippe mo
vntã est liberũ arbitriũ et b
vntã. Aliq p arbitriũ liberta
vntãtã aliq in malicã pflu
vntã vntãqz dreticã ppro
vntã opa esse sibi causã sal
vntã in terrena pspertate que
vntã dreticã qui p dicit captiu
vntã. Prophecie rpa